



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

168 Bazaini in India Orientali Brachmanum, nobilissimus (à cuius lotis pedibus fōrdida aqua pro sacra bibebatur) CHRISTO nomen dedit, fidemque, inquit Sacchinus. paulò post valetudinarius ad Collegium, ut potuit, egit se, aquam Iustralēm postulans. Diuinæ Matris instinctu id eum egisse vide in Sacchino. Quocirca nonnullis de Societate istud etiam stimulo fuit ad crebrum & pium aquæ Iustralis usum, quæ ferè diebus Sabbati noua quothebdomadis in cubiculum cuiusvis solet afferri. Amemus illam etiam ex hoc capite, id est, tanquam rem etiam à Dei Matre allatam, & commendatam; eiusdemque Virginis opem imploremus ad sanctum huius aquæ sanctæ usum, omnemque illam efficacitatem consequendam, quam illa ab Ecclesiæ precibus solet accipere, ita ut multi admirabiliter ac utiliter consecuti sunt, consequendam, ipsâ Virgine adiutrice. Ita ibidem Bazaini ædes Beatae Virgini adiutrici posita est: quam primam, extra urbem, illa in ora Deipara ædem habuit. Hæc est illa quæ est aqueductus aquæ illius viuæ, salientis in uitam æternam: aut, ut Bernardi verbis dicam; Aqueductus ille plenitudinem fontis ipsius de corde Patris expiciens.

Num. 136

Serm. 48
Nar. B.V.
se aquæ.

ANNO M D I XVI.

Sacch. n.s.

127.
Militibus
nomina
Iesu, &
Mariaco
lenda
suadere.
Piel. Mar.
Grec. n.s.
401.

169 In Iaponia milites Christiani à Societate instructi, ut IESV & MARIAE nomina inuocarent, constantiâ singulari enituere in prælio; neque illorum quisquam est Iæsus. vnde cælestium illorum, nominis reverentia apud ipsos, apud Ethnicos verò timor, increuit. Hæc est Regina militiæ cælestis: Per te, inquit Menæ Græcorum, Reges Christiani accinguntur ad bellum.

O 2

AN-